

4672 de forma litterarum unus monet VICTORIVS: 'leguntur hac quoque tempestate nostra sex carmina prisco et obsoleto scribendi more aedita'. — 'Prope Quintilianum [=Contigliano] viculum non procul a Reate mediis campis murus vetustus conspicitur supra arcus et cryptas constructus, in quo pila haec marmorea [vas marmoreum PIGH.] dicitur inventa' AVCTOR METELLI ET PIGHII, omnino secutus famam parum certam coniunctam cum nomine monticuli prope Contiglianum *Colle di Santo*, ubi rudera aedis antiquae conspiciantur (cf. Angelotti c. 7 et quae adnotata sunt ad n. 4676). Reate in aede virginis matris dei POMPONIVS (apud Gammarum); in porticu cuiusdam templi in lapide marmoreo IDEM (apud Marsum); in porticu divae virginis sedis pontificalis IDEM (apud Iucundum). Ante fores cathedralis ecclesiae MET. PIGH. *Nella piazza di S. Maria SAB.* 'Cernitur ad hoc usque aevi Reate pontificio in foro, quod a delubro D. Mariae nuncupatur, ambobus semicirculis, cum prius superiorum incuria divisi essent, aetate nostra iterum in unum compositis' MARIANVS VICTORIVS (qui scripsit inter a. 1569 et 1572). *Nel monte della Pietà riposta ANGELOTTI. Questa lapida fu data da un Confaloniere Reatino ignorante a Pio Secchi per uso di fabbrica e fu comprata da Stefano Minicuche, che subito la ruppe per lavorarla MATTEI. Con mio dispiacere e raccapriccio vidi essi mezzi rilievi in faccia alla casa di Stefano Minicuchi scalpellino ossia lapidario, che già l'aveva rotti per farne lavori al suo uso Stephanus CATENACCI in adnotatione ms. ad Matteium quam edidit Michaelius in comm. infra citato. — (Romae) in hortis Iulii III pontificis maximi BOISSARD errore.*

SANCTE

DE · DECUMA · VICTOR · TIBEI · LVCIVS · MVNIVS · DONVM
MORIBVS · ANTIQVEIS · PRO · VSVRA · HOC · DARE · SESE
VISVM · ANIMO · SVO · PERFECIT · TVA · PACE · ROGANS · TE
5 COGENDEI · DISOLVENDEI · TV · VT · FACILIA · FAXSEIS
PERFICIAS · DECVMAM · VT · FACIAT · VERAЕ · RATIONIS
PROQVE · HOC · ATQVE · ALIEIS · DONIS · DES · DIGNA · MERENTI

Pomponius Laetus (1429—1498) refert in syll. n. 145 (apud Gammarum f. 74) eique acceptum referunt tam qui primus edidit Petrus Marsus in commentariis ad Silium Italicum (Venetiis 1483 fol.) ad 8, 3: 'pars sanctum voce canebat' adnotans: 'Sanctus fuit deus Sabinorum et autor. nam condidit Cures Sabinorum quondam caput et dicebatur sanctus fidius semper [sic]. Ovidius in fastis [6, 213 seq.] ait: querebam nonas sancto fidione referrem an tibi semipater, et Reate . . . de eodem deo sic tale est inscriptum epigramma, quod Pomponius praeceptor meus . . . Romam attulit interfuitque cum illud marmur effoderetur', quam Iucundus, qui in codice Veronensi absoluto a. 1488 f. 171 haec praescripsit usus fortasse Marsi relatione modo allata: 'reperit a patre Pomponio primum lectum est et exemplatum'. A Pomponio aut ipso aut per Iucundum pendent plerique: Ferrarinus Par. f. 120, Reg. f. 122; Sieder f. 40; cod. Riccardianus 996 f. 22; Lilius f. 144; Alciatus Feae f. 5' (inde Choler f. 60); Apianus 143, 2; Rayner cod. Marucell. A. LXXXVIII, 2 f. 42; Fabricius antiq. ed. 1587 p. 161 Marsum laudans; Boissardus ms. p. 685, ed. vol. 6 tab. 75 item ex Marso. De lapide Accursius ms. (inde Mur. 96, 1 ex schedis Ambros., citans item Antinorium, id est Victorium, et Ligorium) et ad Apianum bibl. Ambros. M. V. 11; item Ludovicus Budaeus (quem diserte nominat Metellus) apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 351' (unde repetit Metellus in epistula ad Taurellium bibl. Giessensis 946 f. 370; ex Metello potissimum pendet Grut. 96, 7 ex Apiano et Fulvio schedisque Metelli) et aperte ab eodem Pighius cod. Luzac. p. 70, cod. mus. f. 16. Ex auctoribus proprie Reatinis Vallicellianus inter Papiriana similiaque f. 42 principium affert; integram habent Ligorius in libro Sabinensi f. 8' = 102' (inde Manutius de quaesitis per epist. p. 8 ed. 1576 et ad Ciceronem de off. p. 104 ed. 1581; ex Manutio omnino Ursinus de fam. p. 289 ed. 1577; Lips. auct. p. 32 ex Ursino) et cod. Neap. l. 36 p. 366 (inde Panvinius cod. Vat. 6035 f. 3) et cod. Taur. 15; Marianus Victorius antiq. Reat. f. 12 cod. Neap. et apud Achillem Statium cod. Vallic. f. 151' ('hos versus mihi dictavit Marianus Victorius'); Angelotti (1635) p. 89; Loretus Mattei auctor saec. XVII in comm. ms. *la patria difesa*. Legitur praeterea apud Orellium 1862; item in vol. I n. 542 (cf. add. p. 558), apud Burmannum anth. 1, 34, qui praeter edita adhibuit schedas Pighianas et Heinsianas descriptas ex Moronianis, et Meyerum anth. n. 591. Commentariolum de hoc titulo subscriptum Pisae 14 Dec. 1876 in ephemeride nescio qua Italica publici iuris fecit Michael Michaeli.

Variam lectionem dedi Pomponii (apud Gammarum), Marsi, Iucundi (Ver.), Ferrarini (Par.), Accursii, Budaei (Met. et Pigh.), Vallicelliani, Ligorii (Sabin. et Neap.), Victorii (ant. cod. Neap. et Stat.), Angelotti. — 1 scriptum fuisse 'in capite marmoris', 2—7 'infra' ait Budaeus (Met.). — SANCTE plerique, SANCTAE Iuc., SACTE (adscr. 'SANCTO FIDIO SEMIPATRI') Ferr., SANCTAO, ut ex SANCTA vel potius SANCTAE factum esse videatur SANCTO, Met., //SANCTE Pigh. (hic adnotans: 'quidam primum versum ita legunt: SANCTO · FIDIO · SONI · PATRI'); om. Pomp. Mars. 'In semipatri' (Par.) vel 'in sancto fidio semipatri' (Reg.) pro loco praescripsit Ferr.; SANCTO · FIDIO · SEMI (SENI Ap.) PATRI pro v. 4 repperi in codice Iucundi bibl. Bononiensis n. 851 et apud Apianum. — 2 TIBI Vict. — LVTIVS Lig. (Neap.) — MVNIVS plerique, MINVNIVS Pomp., *mūnius* Mars., MVRIVS Ferr. (Reg., ^{MVMINIVS} MVCIVS Par.) — DONVM] DOMVM (corr. in DOMI) Ferr., DONVM · DAT Lig. (Sab.); hic finit Vallic. — 3 ANTIQVIS Vict. Ang. — PRO · VSVRA omnes; PROMISERAT conieci ego; QVOD ante DARE inseruit Ritschelius. — SESE] SESEMP Bud. (Met., non Pigh.) — 4 PACE] OPE Bud. (Met., non Pigh.). — TE] ET Ferr. — 5 COGENDEI Pomp., COGENDA Mars. — AC post COGENDEI ins. Ligorius (Neap.). — DISOLVENDEI Pomp. Ferr. (Paris.) soli, DISSOLVENDEI reliqui. — FLACILIA Pomp. — FAXEIS Mars. Lig. Ang., FAXIS Pigh. — 6 DECVMANI Pomp. — VERA Ferr. — 7 PROQVE] PROPTER Mars. — ACQVE Vict. (Stat.) Lig. (Sab. m. 2; inde Manut. Urs.). — ALEIS Ferr., ALIAIS Iuc., ALIIS Vict. (ant.). — DONEIS Mars., DONIS Acc. — DIGNA] CVNCTA Mars. — MAERENTI Lig. (Neap.).

De anaglyphis primus monuit Accursius (ad Apianum l. c.) his verbis: 'sciendum est lapidem esse rotundum instar magnae mensae altitudine pedum circiter duorum, continentem varias imagines diversa conferentium ad aram; quae agnosci prorsus nequeunt, appingenda tamen fuerunt utcumque' [scilicet ab eo qui Apiani volumen edidit]. 'Media autem inscriptio ipsa hoc ordine habetur'. — Item Metellus cod. Vat. 6039 f. 351 (unde ed. Grut. ex parte, plene Henzen *Bullett.* 1845 p. 74) iisdemque fere verbis Pighius ms. post supra relata de loco marmoris inventi sic pergunt: '(pila marmorea) est plena virorum et

'hominum [immo mulierum] varii habitus choreas ducentium et scalam quandam conscendentium et ascendere conantium. Quidam illic mulieris habitu manu clavam tenens . . . Hercules putatur, sed vix prae nimia attritione agnoscitur'. Haec in vol. I sprevi non recte, neque enim a Ligorio veniunt, sed a Budaeo (vide supra). — Ligorius in codice Neapolitano l. 36 p. 366 sic disserit: *Questa base rotonda . . . è bella a maraviglia, sì per la vaghezza delle favole, come per l'eccellenza dello scultore, che dottissimamente l'ha scolpita: d'intorno contiene un ordine di persone che sacrificano, et appresso a loro stanno le*

Muse, fra le quali si ritrova Hercule vestito da donna, et fornisce il numero di nove, perchè delle Muse non si mostrano più di otto. I vestimenti donneschi di che egli è vestito sono sottilissimi che mostrano quasi il nudo, porta la clava in mano et la pelle del leone in testa col volto ordinario che si suole dare a lui. La qual cosa non vuol dire altro che quel cognome che i poeti gli danno di Musagete... La maniera di questa base è greca, et dinanzi tiene sculpiti questi versi... i quali siccome le figure sono fieramente consumate per la vecchezza. Et tra le muse è sculpita una sedia, attorno alla quale sono le muse. Questo Lucio Munio, di che le lettere fan menzione, hanno voluto alcuni, che sia quello che disfece Corintho, la qual cosa a me par difficile che sia, concio sia cosa che colui sia detto Mumio et non Munio. In Taurinensibus autem haec narrat: Si trova questa base rotonda nel mezzo della piazza, sopra de la quale fu già la statua di Sancte Sabinorum, che è il Genio altrimenti detto Sango, et alcuni il chiamano Genio, altri Enialio figliuolo di Marte, alcuni vogliono che sia Hercule, altri Apolline... Qui solamente narraremo della bella et meravigliosa pietra di questa dedicatione, de la quale parlaremo volentiera, sì per la vaghezza delle favole che contiene, sì per la magnificentia del marmo, come per la eccellentia del scultore, che dottissimamente l'ha sculpita con molte figure di basso rilievo; perciocchè attorno contiene un ordine di persone che sacrificano, et appresso a loro in un'altra partita vi stanno le Muse, fra le quali si ritrova Hercule vestito da Musa, et esso è quello che fornisce il numero di nove, perchè delle muse non vi si mostrano più che otto, et lui nove, e li vestimenti di cui egli è vestito sono sottilissimi che si scorgono i suoi rilevati membri, et porta la clava in mano, et la pelle del leone in testa col volto ordina-

rio, che si suole fare a lui colla barba crespa et folta. La qual cosa non vuole dire altro, che quel significato per lo quale egli si usurpa col cognome di Musagete... La maniera dunque de la scoltura di essa base è Greca: et dinanzi tiene sculpiti quei versi qui copiati. In eodem codice delineata a fronte cernitur magna ara quadrata, basi et corona ornata; media frons tota titulo occupatur; dextrorsum et sinistrorum singulae figurae conspiciuntur, tamquam figurarum utriusque lateri insculptarum extremas, a parte dextra Hercules barbatus, in sinistro crure insistens, longa tunica indutus, clavam dextra tenens, a sinistra vir imberbis in dextro crure insistens, calceatus et tunicatus, capite et corpore toga velatis, quam videtur sinistra prehensisse. At mihi dubium non est delineationem hanc, cum praesertim in postrema tantum Ligorii recensione appareat, basim ante multos annos pictori visam nequaquam imitari, sed totam ficticiam esse. — Victorijs denique ita describit (cod. Neap. f. 12, item apud Michaellem l. c.): 'Intus in templo [praecedat titulus n. 4676] marmor aliud erat orbiculari identidem [item Mich.] forma ex duobus constans semicirculis, intus vacuum, foris vero multarum rerum quae spectent ad sacrificium in circuitu exculptis imaginibus. Sedent enim pontifices vittis insignes talarique veste decori oblatas suppliciter a populo victimas suscipientes; ardet alibi ignis, is enim in media marmoris vacuitate ad comburenda sacrificia succendebatur; adsunt qui hostias munerave ei proiciant; sunt etiam vulgo qui circumspectent. Dum litatur populus coronae modo datis appraehensisque manibus decore compositus in circuitu marmoris saltat. Corea tibicinum sono regitur ac variatur'.

4673 Reate apud aedem primariam virginis POMPON. similiterque SAB. VICT.; in aede ante altare maius VALLIC.; nella chiesa cattedrale posta nella cappella di S. Catarina ANGEL.; nel Duomo sotto l'oscurità di un avello MATTEI.

LOC
CVLTORVM
HERCVLIS · RESP
SVB · QVADRIGA
5 IN · F · P · XXX
IN · AGR · P · XXV
HVIC · LOCO
Q · OCTAVIVS · COMMVN
T · FVNDILIVS · QVARTIO
10 IN · FR · P · XIII · IN · AGRO · P · XXV
DONAVERVNT

Pomponius Laetus n. 125 apud Gammarum f. 70; Vallicellianus f. 35; Ligorius in libro Sabinensi f. 12=106 (inde Manutius de quaesitis per epist. I p. 7) et in cod. Neap. l. 39 (inde Mur. 181, 6); Metellus cod. Vat. 6039 f. 351 (inde Grut. 315, 6 et denuo ex parte 882, 12 ex Ursinianis per Gutenstenium); Victorijs f. 86; Angelotti p. 91; Loretus Mattei *la patria difesa* ms. p. 12. Orelli 2400.

Vv. divisi ad Lig. (Sab. Neap.). — 1 LOCVS Ang., om. Pomp., LOC (LOCA Gut.) | ... | Met. Gutenst. — 3 RESP (RES·P Pomp. Vall.) boni auctores omnes, RESPVB Matt., RESPUBLICA Ang., REAT Met., REATIN Gutenst. ex interpolatione. Intellegitur *Hercules respiciens*, ut *Fortuna respiciens* nota est. — 4 IN FVNDQ VADRIGARIO Met. Gutenst. — 5. 6 post 9 (om. 10. 11) Matt. — 5 FR Met., FO Ang. — 6 AGRO Vall. Vict. Ang. — PEDES Ang. — 7 fin. AMPLIVS ins. Met. Grut. 315 (non 882). — 8 C· pro Q· Met. Grut. 315. — COMMVNIVS Matt., COMMVNIS Grut. 882, COMINVS Met., COMINIVS Grut. 315. — 9 C·FVNDILIVS·SECVNDVS Grut. 882. — 10 F Vall. Vict. Lig. Matt. — AGR Pomp. Lig. Met. Gut. — P·XXI Lig. (Sabin. ex emend. et Neap.) Met. — 11 D·D post DONAVERVNT add. Vict. — 10. 11 IN · FR · P · XVI · IN · AG · P · XVI · D · D Grut. 882.

4674 Reate repperit inter macerias iacentes in atrio domus Marerianae SCHENARDIVS. Is dedit civibus; iam est in curia.

IOVI · O · M ·
MINERVAE
FORTVNAE
HERCVLI
5 SACRVM
C · F · T · R

Descripsi et recognovi. Schenardi (1829) p. 12; Garrucci n. 2.

6 fortasse ad hoc exemplum solvendum: C. F(lavius) T(ertullus) r(e-stituit).

4675 extra Reate ad ecclesiam S. Angeli rep. in flumine Velino donoque data cardinali Petro Aldobrandini ANG. — Interamnae DON.


NEPTVNO
SACRVM
C · ALLIVS
NEPTVNIALIS
5 V · S

Angelotti (1635) p. 74; Tomasinus de donar. (1639) c. 25 a Gabr. Naudaeo (inde Reines. ep. p. 274, syll. 1, 97), sine dubio ab eodem exemplo. Aliunde Don. cod. Vat. 7113 f. 26, ed. 1, 105 a Gabriele Castellio (inde Mur. 54, 7). Orelli 1330.

Vv. divisi ad Donium. — 1 NEPTVNDQ Ang. — 3 ANNIVS Ang. Tom. — 4 NEPTVNIALIS Don., NEPTVNIALIS Ang., NEPTVNI·DIALIS Tom. — 5 VOTO SACRAVIT Ang. Tom.

ad n. 4437. Aquilae in praefectura contulit Huelsen, legens 5 fin. DE, 8 FATA (sic lapis).

ad n. 4464. Iam Aquilae in praefectura, ubi sic exceptit Huelsen:



ad n. 4466. Nunc Aquilae in praefectura, ubi sic exceptit Huelsen:

Ϝ ! ! ! ! !
! ! ! ! !
L · APISIVS · L · L · STATI

ad n. 4477. Probavit lectionem Huelsen, adnotans 3 E non ex H factam esse, sed hastam alteram recens adiectam.

ad n. 4480. Pars epistylī, ut videtur; fragmentum utrumque est Aquilae in praefectura, ubi exceptit Huelsen sic:

T · MITSIONIO · S
PEDVCAEAE · Q

ad n. 4491 a. Aquilae in praefectura exceptit Huelsen sic:

A T R I
R I

ad p. 425. Cum titulis repertis in summa valle Aterni Cagnani aliisque locis contribuendi fuerunt inventi ad Montereale n. 4638—4644. 4643 errore relati in valle Velini.

XCVI. NVRSIA (p. 427).

ad n. 4593. Guardabassius in fine versus integros esse testatur; unde restituo sic:

S A B I N V S
praEF I D

6353 Nursiae repperit a. 1863 canonicus Cionci.

D · M
LVCCEIAE · PRIMIL
LAE · CONIVGI · BE
NE · MERENTI
5 Q · MVRRENI
VS · SATVRNI
NVS

Guardabassius misit ediditque apud Fiorellium *Notizie degli scavi* 1880 p. 19.

2 fin. PRIMI apographum mihi missum.

XCVII. Vallis Velini superior (p. 434).

Titulos Montereale repertos errore huc relatos esse supra observavi in add. ad p. 425.

ad n. 4636. Reperitur apud Donium in schedis Gorianis (Marucell. A. 188), ubi est *in aede pro in*, item 1 GN, 3 MERITE, hoc recte.

ad n. 4638. Cippi magni duo. Iam uterque Aquilae est in praefectura. Contulit ibi Huelsen. Prodierunt apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1879 p. 42. — 3 in altero exemplo Huelsen legit //L·SALVIA, in altero S/LVIA; in hoc ante s nihil deest. Videtur significari in altero (*liberta*) *Salvia*, in altero *Salvia* nude.

ad n. 4641. 4643. Iam Aquilae in praefectura; vidit ibi Huelsen eiusdemque tituli duo exemplaria esse intellexit. Prodierunt apud Fiorellium cum n. 4638. — Exceptit Huelsen sic:

p. NVMIsius p. l
p h t t d a m u s

p. nVMISIVS · P · L ·
p h i L O D A M V S ·
D / I A · C · L ·
a N D R O M A C H A

XCVIII. INTEROCRIVM (p. 435).

ad n. 4651. Est etiam apud Donium in schedis Gorianis (Marucell. A. 188), ubi 3 pro SIBI·ET datur SIRIAE.

ad n. 4653. Extat Antrodoci *in un corridojo del casino Mentuccia*. Ad ectypum, quod dedit Barnabeus, descripsit Dressel. Emenda inde 6 CERALI (sic enim potius legitur quam CEREALI) et 9 XXXVII pro XXXVI.

XCVIII. REATE (p. 438).

ad n. 4672. Reperitur item delineata c. a. 1544 (certe in folio verso ad titulum urbanum Cn. Sentii Asclepiadis adnotatur: *trovato al bastione di Belvedere a di 13 di Dicembre 1544*) ab Antonio Sangallo in tabula musei Florentini n. 2091. Praescribitur sic: *Questa si e in uno tondo come saria una bocha de uno pozo alta vel circha palmi 4 che lo tutto si a lo diametro di palmi 10 dove e intagliato (sic) una storia de uno sacrificio et da una bande si e questo epitaffio ed e adesso in Rieti in sulla piazza dil vescovado e prima era in cima*

di una sepultura ascontro a San Pastore i lo castello di (castelli nomen Sangallus non adscripsit). Varia lectio exemplaris accurate facti, puncta quoque diligenter repraesentantis, haec est: 2 DEDECVMA sine puncto — FIBEI — MVNIVS — 3 ANTIOVEIS — 5 DISSOLVENDEI — 7 PRO·QVE — ALEIS·DONIS — MERENT. Hoc exemplum evidenter apparet ex ipso lapide sumptum esse, itaque lectionem traditam totam confirmat.